



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXVI. Mutatio v. supra Correctio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. LXXIII.

Munera.

Axioma I.

Munera dantem & accipientem faciunt de-
viare à iustitia, cap. pauper. cap. qui recte 11.
quæst. 3. muneribus enim ubi redemptio spera-
tur, culpa non timetur, d. c. pauper. siquidem
obcecant oculos sapientum, Exod. 23. Deut. 16.
1. Reg. 8. 2. Paralip. 19. Esai. 1. Mich. 3. Eccles. 20. &
vocari solent prævaricatio veritatis, c. 66. caus.
11. quæst. 3. Gvilhelm. Boeckel. de publ. iudic. dis-
quisit. 13. Unde qui muneribus Ecclesiam ac-
quirere tentaverit, à Clero rejiciatur, cap. san-
ctum. 7. q. 1. c. observandum 13. quæst. 1. c. quæst.
12. quæst. 2. cum in electione munera interve-
nire non debeant, cap. illud 8. quæst. 2. In acci-
piendis ergo vel dandis muneribus tria maxi-
me attendi debent: (1.) personæ dantis & ac-
cipientis qualitas. (2.) quantitas muneris. (3.)
tempus donationis, c. cisi 18. extr. de simon. ob
munera tamen parva animus in persona ma-
gna mutatus non creditur, text. inc. 18. extr. de
simon. quamvis tutius si beatus dici velit, ut ab
omni munere manus excutiat, cap. cisi quæstio-
nes 18. de simon. cap. sunt nonnulli 104. 1. quæst. 1.
Symphor. in Comment. de arrest. Amor. art. 27.
pag. 724. II.

Munus gratis oblatum recipi potest, c. dile-
ctus 31. in fin. extr. de simon. hinc ipsi principes
strenas accipiunt, iis tamen modum ponunt, ne
offerentium facultates exhauriantur. l. un. C. de
oblat. Votor. Perez. ibid. n. 3. seqq. Tutor etiam
solennia munera mittere potest. l. 12. §. 3. de ad-
min. tut. Perez. d. l. n. 2.

CAP. LXXIV.

Munificentia, Libe-
ralitas.

Munificentia virtus utpote eximia decet
viros Principes, quippe per quam ad Dei simi-
litudinem quadantenus accedere illi licet, at-
que magnum ei splendorem circumponit, arg.
l. unic. C. de thesaur. l. penult. C. de donat. int. vir.
& uxor. Pruckman. ad §. soluta potestas. cap. 4.
num. 2. effect. 7. num. 26. Iapia. de Constit. Prin-
cip. c. 4. num. 1.

CAP. LXXV.

De Munitione, Muris.

Axioma I.

Ad instructionem murorum & pontium
omnes tenentur quomodocunque privilegiati,
etiam suburbani & in vicis habitantes, quin &
Ecclesiastici, surgat necessitas. Perez. C. de
quib. muner. vel prestat. n. 12. prius tamen ex-
pendenda quæ in communi arcâ sunt. Perez.
ibid. num. 13.

II.

Murum communem pro diviso usque ad

partem dimidiam cavare licet si sit latissimus,
ut inde damnum non metuatur, secus si sit
tenuis, Resold. thes. pract. verb. gemeine Wand.

III.

Edificium muro communi superstructum
sit commune, & soluto pretio pro muri parte li-
cet vicino super alieno pariete edificare.
Surd. decif. 168.

CAP. LXXVI.

Mutatio v. supra Cor-
rectio.

Axioma I.

Mutatio etiam in melius non præsumitur,
l. quamvis 8. ff. de Usur. Licet enim mutari su-
bito non debeant quæ cum deliberatione facta
sunt, c. 1. in fin. extr. Ne sed. vacant. aliq. immov.
suadente tamen subjectorum utilitate mutari
possunt in melius, ordinatâ consultè & ratio-
nabiliter, cap. ult. in pr. de sent. excomm. ita mu-
tantur sæpe dicta Dei, licet Deus sit incommuta-
bilis, cum ex misericordia temperat sententiam,
cap. incommutabilis. cap. non semper 12. 22. q. 4.
Mutare enim Deus novit, quando de malo in
melius homines mutantur, cap. magne 7. extr.
de vot. & redempt. ita quandoque pro necessi-
tate temporum mutantur illa, quæ non sunt
contra Evangelia, cap. privilegia. 2. cap. ampu-
tato 11. 25. quæst. 2. ita quandoque Romana
Ecclesia statuta sua mutat ob temporis exi-
gentiam, cap. posteaquam. 21. §. hic ita 25. q. 2.
ita mutantur Reges propter negligentiam re-
giminis. cap. alius 3. 15. quæst. 6. ita mutantur
penitus privilegia, quia pro necessitate corri-
gendorum vitiorum dantur, cap. posteaquam.
§. hic ita 25. quæst. 2. mutantur & in melius
incautè promissa, cap. in malis. 5. & seq. 22.
quæst. 4. imo & consilia & proposita, cap. certè.
12. quæst. 1. cap. beatus 5. 22. quæst. 2. Votum
etiam iusta de causa mutari posse, text. est in
c. magne 7. extr. de vot. & vot. redempt. quia
votum in melius mutans illud frangere non
dicitur, cap. scriptura 4. extr. eod. mutationis
igitur causa & voventis qualitas in mutatio-
ne voti semper consideranda, cap. 1. d. c. ma-
gna. extr. eod. vid. omnino Arnif. 2. relect. po-
lit. cap. 2. sect. 4. n. 1. & seqq. p. 336.

IX.

Ex solennibus nihil facile est immutandum,
l. cisi nihil 183. ff. de R. J. vid. infr. lib. 17. cap.
solennitas.

III.

Ubiunque mutatio juris nulla supervenit,
ibi à jure communi recedendum non est, Just.
Mejer. in disp. de donat. simplici tb. 96. quod
enim non mutatur, quare stare prohibetur? l. 27.
C. de rest. l. 32. §. 2. C. de appellat. cap. de constit. in 6.
Bocer.

Borer. *de invest. feud. c. 4. num. 63.* cum quælibet res in eo statu & conditione durare præsumatur, in qua ante fuit l. 13. l. 22. ff. de probat. l. si prius 15. ubi Dd. de opr. nov. nunc. ac nequaquam sint mutanda quæ certam interpretationem habeant, l. minime 23. l. si de interpretatione 37. ff. de LL. Alex. conf. 211. in fin. col. 6. Bart. Bertaz. 1. conf. crim. 97. num. 36. A modica tamen mutatione facti nonnunquam sequi mutationem juris maximam, addit Bart. Bertaz. 1. conf. 85. num. 33.

IV.

Mutatam quid censetur quando non permanet in eodem statu, & quando aliquid de novo supervenit, l. si scriptis 19. de his quibus ut indig. l. cum tabulis 16. §. ult. eod. tit. l. cancellaverat. 2. his que in test. delentur. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 65. Est quod nunc differamus. num. 23. & præsumpt. 176. contentio non est mediocris 7. eod. lib. Panticlm. 2. prætic. quæst. 14. num. 58.

V.

Mutatio ex actu contrario præsumenda, l. si nequalibus 12. l. si ita scriptum 67. de hered. instit. cum iis que cumulavit Phil. Dec. conf. 317. visis que accuratissime scripta sunt. num. 4. Panticlm. 2. prætic. q. 14. n. 56.

VI.

Mutatio personarum vel status mutat nomen bonorum, l. Arrianus 27. C. de liber. caus. & sit verbi gratia ex patrimonio peculium vel contra. Cujacius l. 2. Resp. Paul. ad l. 90. de acquirend. hered. in fin. p. 75. Reincking. l. 1. cl. 4. cap. 1. num. 56. mutata enim conditione personarum & bonorum conditio mutata videtur, l. Paulus (alias per curatorem) 90. ff. de acquirend. hered. l. fiscus 6. ff. de jur. fisci. arg. l. cum quis sibi 38. in pr. ff. de solut. Anchor. conf. 108. Jaf. conf. 20. lib. 1. Segura in l. 3. §. fin. pag. 119. ff. de lib. & post. Valasc. de jure Emph. q. 17. num. 15. Fulv. Pacian. conf. 102. Excellentissim. num. 15.

Sichereditas adita amplius propriè non est, neque dicitur hereditas sed heredis patrimonium, Br. in l. Titius. 54. pr. ff. ad SC. Trebell. & in l. si quis servum 8. §. 1. de leg. 2. Wesenb. in parat. ff. de hered. inst. num. 3. & §. 5. & conf. 203. num. 10. ita mutato rerum statu & contractus mutationem aliquam pati, tradit Natt. conf. 125. num. 16. Myns. resp. 37. num. 17. ita mutato statu mensuræ & ipsa quoque mutata & alia effecta intelligitur, l. qui res 98. §. aream 8. ff. de solut. & mutatione seculorum mutantur mores & statuta omnium rerum, arg. l. quæ propter 162. ff. de Reg. Jur. cap. in argumentum 78. de R. l. in 6. quæ ratione etiam graviter excusavit Imp. Justinianus legum mutationes in Nov. 60. allegatus ab Oldendorp. int. Conf. Marp. conf. 5. num. 42. vol. 1. Unde & mutatione personæ mutari & privilegium tenent Mart. de jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 11. num. 29. Alphons. Moditius. §. principum placitum dubie. 36. num. 3. 7. & 9. Oldrad. conf. 169. num. 3. Natt. conf. 160. num. 10. Marcabr. ad

Anguil. conf. 40. num. 5. Cravett. conf. 297. num. 10. Roland. à Valle confil. 61. tom. 4. Modest. Pistor. conf. 48. vol. 2. Köppen. decis. 50. Anton. Fab. 6. C. tit. 9. def. 12. num. 4. etiam quoad forum. Mart. de jurisdict. p. 4. cas. 125. num. 19. Victor. in disp. de caus. exempt. Imp. conclus. 30. Sic mutatione personæ privilegiatæ definit privilegium competere ei ad quem pervenit, ubi notari solet ad c. 1. de jure patronat. v. Surd. decis. 201. num. 6. Menoch. conf. 160. num. 15. sicut & converso privilegia rei incipiunt, si ad privilegiatum perveniant, ut in l. cum quidam 17. §. fiscus 5. de Usur. An autem per mutationem status facultas recipiendæ solutionis eam solutionem recipere debentis interdicat, vid. l. ejus qui in provincia 41. ff. si cert. pet. §. rectè quoque Inst. de mandat. Valq. 2. contr. 22. num. 1.

VII.

Mutatione personæ res quoque qualitatem mutat & conditionem l. 90. in fin. de acquir. hered. Exempla habet Perez. C. de Exactor. Tribu. num. 9.

Limita: si non tam personæ quàm rei qualitas spectetur, & cum qualitas prædiis ipsi infixa sit, tunc enim ad quemcunque possessorem transit, nec novus possessor onus excutit. c. g. hypotheca in fundo constituta etiam ad clericos transit. Perez. d. l. n. 12. 13.

VIII.

Dominus rem suam etiam cum alterius damno mutare potest, c. g. agrum pascuum in arva, licet pascuis communis ex eo impediatur, nec ei objici potest, nunquam id fuisse factum, aut longà possessione id juris obtinuisse. Perez. C. de pasc. publ. num. 9.

Limita (1.) nisi vicinis jus pascendi sit quasi-tum longo usu, vel (2.) concessione Principis, vel (3.) jure servitutis. Perez. d. l. num. 10.

IX.

Mutatio non præsumitur, l. cum qui 22. ff. de probat. l. 32. in pr. ff. de donat. int. vir. l. si vero 5. §. qui pro rei tradita 1. ff. qui satiud. cog. l. siue possidetis. 16. C. de probat. gloss. in l. Lucius. ff. de leg. 2. Alciat. de præsumpt. p. 3. reg. 2. præf. 16. Mascard. de probat. concl. 1032. num. 1. vol. 2. Menoch. conf. 100. num. 82. vol. 1. & conf. 378. num. 82. vol. 4. Vult. int. conf. Marp. conf. 22. num. 41. vol. 1. Grotius de Jure Belli & Pac. lib. 2. cap. 9. §. 11. quemadmodum nec abrogatio. l. 27. C. de testam. l. 32. in fin. C. de appellat. Mascard. de probat. concl. 1084. est enim mutatio accedens, quod non solet absque probatione præsumi, l. 5. §. qui pro 1. ubi gl. qui satiud. cog. Sic voluntatis mutationem non præsumi ex cap. majores 3. in fin. extr. de baptis. & l. 3. §. in amittenda de acquir. poss. probat Bertrand. conf. 39. num. 11. vol. 2. Rol. à Valle conf. 77. num. 32. vol. 1. Gœdd. int. Conf. Marp. conf. 25. num. 8. vol. 1. nisi contrarium appareat vel doceatur. Paris. conf. 67. num. 25. vol. 3. Neviz. conf. 2. num. 9. Ceph. conf. 277. num. 99. & conf. 288. num. 3. vol. 2. Grat. conf. 128. num. 5. vol. 1. Bero. conf. 55. num.